

1762.

- * 1. Bornius: *De usu fracta et administratione legum*
trinal, a matre et ascendentibus maternis
liberos reliquendae, patris non edimentis.
Programma, quo senior et reliqui fac. ius.
assessores memoriam Bornianam . . .
recoloniam indicunt.
2. * Greenius, Augustus Fides ligata: Programma,
quo ordinarius senior et reliqui factores
fac. ius summis in utroque jure honores
Augusti Fides. ligata. Greenio,
Fiderico Wilhelmo Baueru, Henrico Galli-
bro Schachero . . . tributos indicunt
3. Bauerus, Fid. Wilhelmi: *De fundo novo*
aliquel veteri. p. I.
4. Bauerus, Hn. Gottfr.: Anod 1.2 P. I.
resciss. d. vni. dit. etiam ad locutionem pertinet.
5. Bauerus, Hn. Gottfr.: *Bona uxoris*
paraphernalia esse praesumenta

1762.

7. Bauerus, Henr. Gorpens: Nach quatenus debet 17.
panis super parentum testamento iugis auctor.
8. Bauerus, Henr. Gorpens: Ductus consumatos, 15.
ex quibus locupletior existit, an restituere
lascetur & f. possessor.
9. Bauerus, Henr. Gorpens: Remissio debiti, 16.
quod exco sit quingentos solidos, j*u* Deiali
in summatione indigit.
10. Bauerus, Henr. Gorpens: Fur reuendi p*j*g.
nores un tempore longissimum praescribatur?
11. Bauerus, Henr. Gorpens: In legatum a Nobis vel 17.
creditori relictum debiti compensati praesumptio
nem inducat.
12. Bauerus, Henr. Gorpens: In operis uxorio
de easque praestandas obligatione. 18.
13. Bauerus, Henr. Gorpens: De iure operis
artificialis bus adquiritorum

1762.

14. Bauerus, Henr. Gottfridus : De servitutis
altius lucendi vera notione.

15. Bauerus, Henr. Gottfridus : Quia actione ulta
di torto ex pecto de reverendissimo experientium est
et gravissimus rei vindicatio obtineat?

16. Bauer, Ioh. Gottfridus, ipsius pro cancellarius:

De pretio in locum investiturae simultaneae
succedente. Programma, quo summas in who
que jure honores . . . fabiani Gottschalk
Martinii conferendos indicit.

17. Boehmius, Ioh. Gottlob : De studiis et doctri-
nae publicae historiarum in academia Lipsi-
ca ortu. Oratio in panegyri magistrorum
philos. et candorum . . . pronunciata.

18. Breuning, Christianus Henricus : De causis
justis soluti foderis ex iure gentium. Pro-
gramma, quo ad orationem auspiciatum
invitat.

1762.

19. Breuning, Christianus Henricus: De usu for
ni sententiae Cero. Sacrae let. in 1.38 &
de auct. 179 mund. leg. Programma, quo dis
putationes publicas indicit

20. Breuning, Christianus Henr.: Capita juris
controversa. Specimen V.

21. Breuning, Christianus Henricus: de differentiis
juris Roman et Germanici in una Romani
filia familiis et lori socia Germanica.

22. Breuning, Christianus Henr.: Capita juris cont
roversa. Specimen IV.

23. Breuning, Christianus Henricus: de filia heredi
contra iuris Germanica antiqua.

24. Breuning, Christianus Henr.: Capita juris cont
roversa. Specimen II.

1762.
725 Breuning, Christianus Henr: Capita juris contro-
versa. Specimen III.
- 726 Breuning, Christianus Henr: Capita juris con-
troversa. Specimen II.
- 727 Breuning, Christianus Henr: De Diffi-
cilitate iuri Russici et Germanici in legis-
latura et querela in sufficiente testamento cre-
dorum
- 728 Compan, Carolus Galliib: De testamentis solenni-
bus invalidis ex statutorum urbis Lublinie
superioris censum.
- 729 Francke, Heinrich Galliib: De culto ac neglecto
iherum in academis studio publico necessaria-
tue illius instaurazione. Programma, quo et
orationem auspicalem iurat
- 730 Francke, Heinrich Galliib: De fatis politicae
Imperialis

1762.

31. Grauer, Adams Gulielmus: De officiorum prae
sio. Programma, quo ad orationem auspicialem
invitat.

32. Friderici, Christoph Conrad Wihelm: De area
audibus exustis obligata. Programma, quo et ora
sionem auspicialem invitat

33. Greenius, Augustus Fridericus Lippmannus: De alie-
natione fideicommissi funerali ob damnum
fatale inserviis belli.

Pr. 47. num. 29.

1762, 1.

MEMORIAM BORNIANAM

IN
AUDITORIO ICTORVM
SOLENNI ORATIONE

DIE XII. IVN. CCCCCLXII

HORA IX.

RECOLENDAM

INDICVNT

ORDINARIVS
SENIOR ET RELIQVI FACVLTATIS
IVRIDICAE LIPSIENSIS ASSESSORES

De usufructu et administratione legitimae, a matre et
ascendentibus maternis liberis relinquendae,
patri non admendis.



MEMORIA
MAJIA BORJIA

IN
AUDITORIO IOTORUM
SOLERNI ORATIONE

DIE XII JUNI CICEROCCXXII


HOERAT

RECOLLENDAM

EXPOSITUS

ORDINARIA
SENIOR ET RITUAL FACIATIS
VATICANICAE ASSERZORIBUS

Die Schrift ist ein Aufzeichnung eines Predigers, der eine Predigt über die heilige Muttergottes und den Heiligen Petrus hält.





DE
VSVERVCTV ET ADMINISTRATIONE
LEGITIMAE, A MATRE ET ASCENDENTIBVS
MATERNIS LIBERIS RELINQVENDAE, PATRI
NON ADIMENTIS.



A pud Romanos in libera republica liberorum, patriae potestati subiectorum, tam dura fuit conditio, quam seruorum, ita, ut nihil haberent proprii, sed, quicquid ad eos peruerenerat, hoc parentibus suis acquirerent, sine vlla distinctione. Quod ita parentum fiebat, vt eis licentia esset, illud alii donare, vel vendere, vel quoconque modo voluerant, applicare. *§. 1. I. per quas pers. nob. acquir. pr. I. quib. non est perm. fac. testam.* Enim vero Imperatores ab hoc rigore bona castrensis, quae filiusfamilias in vera militia, vel illius occasione adquisiuit, quaeque, nisi militaret, acquisiturus non fuisset *I. II. d. castr. pec. I. i. C. Eod.* ac, ad eorum exemplum, quasi castrensis, filiosfamilias ex quasi militia, nimirum iunctu artium liberalium, vel officiorum publicorum, quaesita *I. fin. C. d. inoff. testam.* excepérunt, plenissimum eorum dominium filiis, in potestate patria quidem degentibus, sed haetenus iure patrumfamilias donatis, concéderentes. *§. 6. I. d. test. milit. d. pr. I. quib. non est permis.* Deinde generali constitutione, quae liberis obuenerant, peculii vocabulo

IV

bulo insignita, in plura disperita sunt genera, dum IVSTINIA-NVS, conseruato castrorum et quasi castrorum iure, de reliquis sanciuit, vt, si quid liberis ex re patris obueniat, hoc, secundum antiquam obseruationem, totum parenti adquiratur. d. §. 1. I. per quas pers. Vbi pro re patris etiam habetur, quod intuitu patris, qui causa mouens principalis est, ab altero datur, vel relinquitur. arg. l. 5. §. 2. d. iur. dot. l. 10. §. 6. d. vulg. et pupill. substit. l. 6. d. collat. l. 45. §. 4. d. acq. vel amitt. hered. Quod autem ex alia causa, quam ex causa verae, vel quasi militiae, vel ex re patris, filius familias sibi adquisiuit, illius ysumfructum is patri quidem adquirit, dominium autem apud eum remanet, vi dictae generalis constitutionis. d. §. 1. I. per quas person. l. 6. C. d. bon. quae liber. Sic alia liberorum bona peculii castrensis, alia peculii quasi castrensis, alia peculii profecti, alia peculii aduentitiis speciem prae se ferunt. Sed nec in eo legislatoris liberalitas substitut, postquam ille in aliquibus casibus etiam peculii aduentitiis ysumfructum patri ademit, ac liberis concessit. vid. l. 6. §. 2. l. 7. §. 2. vers. fin. autem. l. 8. pr. vers. sue econtrario. C. d. bon. quae liber. Nou. 118. c. 2. Nou. 134. c. 11. Quod subdivisiōne peculii aduentitiis, in regulare, in quo pater ysumfructum, liberi vero proprietatem habent, ac irregulare, quod iure plenae proprietatis ad liberos pertinet, vt tamen filius ob id iure patris familias non vtatur, causam dedit. Ad peculium aduentitium irregulare pertinet quoque, quod liberis ab aliquo datur, vel relinquitur, adiecta conditione, ne ad patrem ysumfructus perueniat. Authent. excipitur. C. d. bon. quae liber. Nou. 117. c. 1. l. 11. m. 11. d. 11. t. 11. f. 11.
Haec ysumfructus admetio, si a matre, vel a parentibus maternis profiscatur, an etiam legitimam liberis relinquentiam adficat? in disceptatione versattur. Quam quæstionem, quamuis, post alios plures, affirmet BERLICH P. I. Dec. 137. n. 15. seqq. MEVIVS Dec. CCCLVI. n. 2. TITIVS ad Lauterbach. Obs. CCCCXXXIII. et Iur. priu. L. VI. c. 12. §. 14. seqq. STRVY Ex. 6. XII.

XII. th. 5. ibique MULLER lit. 6. rectius tamen negant LAVTERBACH Concl. forens. Ex. XXVII. ad L. 15. Digest. §. 12. et Disp. d. ususfr. patern. §. XXIII. FACHINEVS L. V. controv. cap. 21. HVBER praelect. ad Pand. L. V. tit. 2. §. 12. BERGER resol. leg. obit. L. XV. tit. 1. qu. 2. PAGENSTECHER Irner. intur. vapul. coit. X. §. 7. seqq. MENCKEN ad Pand. L. XV. tit. 1. §. 9. GRIBNER d. ususfr. legit. patri non adim. thes. IV. seqq. LVDOVICI de tacit. probabit. ususfr. patern. §. XV. seqq. reliquos, tam antiquiores, quam recentiores, ut faceamus. Evidem in dicta authentica, excipitur, legi 6. C. d. bon. quae liber. subiecta, agitur de eo, quod ab aliquo parentum datur, vel relinquitur, nec non absque distinctione inter legitimam, et id, quod eam excedit, conditio adiecta, ne ususfructus ad patrem perueniat, adprobatur. Cuius authenticae autem sive cum MOLLERO L. II. Semestr. c. 26. RITTERSHVSIO promulg. error. Irner. no. 56. GRIBNERO dict. Disp. th. XXXVI. reprehendas, sive cum PAGENSTECHERO d. l. §. 3. 5. et 10. defendas, certe glossa ad Nou. 117. c. 1. lit. c. vers. Sed num quid etiam in naturali debito, facili effecit negotio, ut sententia dictae adscriberetur authenticae, a matre et ascendentibus maternis etiam legitimae usumfructum patri adimi, et liberis relinquiri posse. Etenim apud plures olim tanta glossae Accursianae fuit autoritas, ut illam potius, quam textum professe habere malling, quin inter ICtos humaniores et elegantioris Iurisprudentiae sectatores quoque nonnulli caussam egerint glossatorum. BRVNQVELL bistor. iur. P. III. M. 2. c. 5. §. 4. seqq. Quapropter sola glossae autoritate nititur BERLICH dict. Dec. 137. n. 15. seqq. qui praecedente n. 9. seqq. non solum fateri cogitur, aduersarios, qui admitionem ususfructus paterni in legitima reprobant, firmiori iuris fundamento instruatos esse, sed et concedit, generalitatem dictae authenticae, excipitur, ex fonte suo, nimirum Nou. 117. c. 1. declarationem recipere, neque aliquid statuere aduersum: quamvis opinioni a PAVLO DE CASTRO in Auth. Res quae. C. commun. d. legat. n. 4. CHRISTOPH.

v

A 3

BESOLDO

VI

BESOLDO d. libr. iur. c. 5. vers. sed sunt. IO. STRAVCHIO in Ir-
nerio non errant. c. II. §. 7. propugnatae, authenticas simpliciter
valere, nec non Nouellis, ex quibus sunt defunctae, praeferendas esse,
ipse sit addicetus. d. P. II. Dec. 257. n. 44. Deinde glossa ra-
tionem suaee assertionis desumit ex l. 25. C. d. inoffic. restam. quod
filius per ademtionem vslisfructus paterni in legitima non gra-
vetur, sed eius conditio melior reddatur. Qua de re vrgeri
solet, quod dispositio legis, de legitima sine onere relinquenda,
cesset, siquidem conditio ad promouendum haeredis fauorem
tendit; quodque in detrimentum alicuius non debeat detorque-
ri, quod fauore illius constitutum est l. 6. C. d. legibus, cap. 61.
d. R. I. in 6to; vt et prouisio legis patri saltem tribuat vsumfru-
ctum, tacente nec prohibente testatore, secus, si testator pote-
state de bonis suis disponendi vslis ipsem prohibeat. Deni-
que rationem aliam suppeditare videtur eadem lex 25. C. de
inoffic. restam. vbi Imperatores aiunt: *Filiis matrem, quae de
mariti moribus secus suspicatur, ita posse consulere, iure compertum
est, vt eos sub hac conditione instituat heredes, si a patre emanci-
pati fuerint, atque eo pacto secundum tabulas bonorum possessionem
patrem cum re accipere non videri, qui conditioni minime obtempe-
rarit, neque ei nomine filiorum inofficio eo modo actionem posse com-
petere, quibus nullam iniuriam fecerit mater, sed potius putauerit
proudendum, et ideo restituere deberet.* Hic agitur de specie, qua
mater filiis, quos hac conditione, si a patre emancipati fuerint,
haeredes scriperat, haeredem substituit, vel cohaeredem de-
dit; quippe quod ex mentione querelae inofficio ibidem facta
apparet, quoniam haec actio non datur, nisi ab aliquo ex testa-
mento adita sit haereditas, vt recte obseruat CVIACIVS Lib. IV.
Obseru. 24. Iam si in specie ista matris facultas datur, per conse-
quentiam vsumfructum patri penitus admendi, nihil obstat,
videtur, quo minus expressa vslisfructus paterni in legitima
ademtio adprobata censeatur.

Verum

Verum enim vero sequentia *Nou. 117. c. 1. pr.* verba: *San-*
cimus igitur, licentiam esse et matri et auiae, aliisque parentibus,
postquam reliquerint filii partem, quae lege deberur, quod reliquum
est fuae substantiae, siue in solidum voluerint, siue in partem, filio
vel filiae, nepoti vel nepti, et deinceps descendantibus donare, aut
etiam per ultimam relinquere voluntatem, sub hac definitione atque
conditione, si voluerint, ut pater, aut qui omnino eos habent in
potestate, in his rebus neque usumfructum, neque quodlibet
penitus habeant participium. Haec enim et extraneis relinquere
poterant, unde nulla parentibus utilitas nasceretur. Hoc itaque
non solum parentibus, sed etiam omni personae licere praecepimus;
si perlegas et relegas, confitearis necesse est, quod manifesta
sit legislatoris voluntas, a bonis, quae mater, vel ascenden-
tes materni descendantibus in potestate constitutis relinquunt, si
quidem voluerint, ut pater, aut qui omnino eos habent in potesta-
te, in his rebus neque usumfructum, neque quodlibet penitus habeant
participium, ante omnia separandam esse partem, vi legis de-
scendantibus necessario relinquendam, postea id, quod reli-
quum est, definitionem ac conditionem istam, ne pater usus-
fructum consequatur, recipere. Vnde consequitur, neuti-
quam valere hanc conditionem, intuitu partis, quae lege debe-
tur, liberamque donantis vel testantis de ea dispositionem re-
*spuit. Quod abunde probant verba: *postquam reliquerint filii*
partem, quae lege deberur. Quae non poterant non gratis ad-
hiberi, si mens fuisset, ususfructus paterni ademptionem eriam
in parte legitima valere, quum in toto iam pars contineat
**I. 113. d. R. I.* ac idem ius regulariter in parte, quod in toto,*
*obtineat. *I. 13. §. 1. d. fund. dot. I. 82. d. adquir. hered. I. 30. §. 2.*
ad L. Falcid. Si vero dispar ratio totius et partis sit, dispositio
de toto, si partem complecti debeat, eo curatori indiget ex-
*pressione, arg. *I. 8. §. 5. d. in offic. testam.* Vnde, quum alia*
ratio legitimae esset, alia reliquae bonorum substantiae, necesse
erat, ut Imperator diserte diceret, quod usumfructum legi-
*timae***

VIII

timae patri adimere liceat, siquidem haec ipsius voluntas fuisset. Quod quia factum non est, multo magis citara verba, postquam reliquerint filiis partem, quae lege debetur, voluntatem indicant contrariam. Quam voluntatem porro confirmat ratio a legislatore adducta, et a potestate haereditatem extraneis relinquendi personis desumpta, quae non nisi bona liberae dispositioni subiecta tangit, siveque validissimum producit argumentum, patrem usufructu legitimae non esse priuandum. Nam si verum est, sicuti est, patri usufructum bonorum a legitima separatorum adimi posse, quia haec bona extraneis relinqui possunt, sequitur, patrem usufructu legitimae non posse interdicci, quoniam legitima liberorum, qui ingrati non fuerunt, personis extraneis relinqui nequit. Cui interpretationi, satis facilis minusque contortae, non aduersantur verba legis finalia: *hoc itaque non solum parentibus, sed etiam omni persona licere praecepimus.* Vt cunque omnibus aliis personis, et maxime extraneis, nihil sit cum legitima, mireris tamen oportet, scrupulum inde fuisse enatum, qui torserit PAGENSTECHERVM d. l. §. 8. Nam quis non videt, verba ista finalia neumquam inseruire conclusioni, patri usufructum legitimae libris relietae aeque auferri posse ab aliquo parentum, ac illo prohibetur pater a persona, quae de parentibus non est, in universa substantia liberis donata, vel relieta. Conferas modo, ut decet, verba ista cum ratione immediate praecedente, atque vides, illa sequens dare ratiocinium. Quemadmodum aliquis parentum usufructu bonorum, quae non sunt portio legitima, ob liberam ea in extraneum transferendi facultatem, patrem priuare valer, ita omni personae, quae non debet legitimam, licet haeredem scribere filium familias, patri vero usufructum penitus auferre, vi liberae bona sua alteri alicui relinquenti potestatis. Quo modo verba legis finalia magis adiuvant, quam impugnant interpretationem, quam defendimus. Ac frustra eam reprobat TITIVS ad Lauterb. d. obf. CCCXXXIII.

et

IX

et iur. priu. d. L. VI. c. 12. §. 16. afferens, in Nou. 117. c. 1. legitimam et caetera bona non comparari intuitu *usufructus paterni*, ita, ut illius respectu matri facultas adimendi denegetur, intuitu horum vero concedatur, sed ratione *liberioris dispositio-*
nis quoad liberos, hoc sensu: *legitima necessario liberis est relin-*
quenda, verum caetera bona ipsis pro lubitu matris possunt dari, et
non dari. Quod comparisonis tertium, et per consequentiam
suae explicationis veritatem, cum ex dictae Nouellae verbis
initialibus: sancimus igitur, licentiam esse et matri et auiae aliis-
que parentibus, postquam reliquerint filii partem, quae lege debetur,
quod reliquum est suae substantiae, sue in solidum etc. tum in primis
ex Nouellae rubrica: ut liceat matri et auiae et aliis parentibus,
post legitimam partem liberis derelictam, quomodo voluerint, resi-
duam facultatem suam disponere, probare satagit. Vt vero inscrip-
tiones Nouellarum vi legis desituuntur, quia nec certum,
nec veterem vllum autorem habent, sed vel eas pro suo inge-
nio sibi studiosus quisque fecit, vel sumxit ex Basiliis, CIVIA-
CIVS L. XX. Obs. 33. LINCK d. rubr. nigr. et alb. C. I. n. 16. seq.
ita dicta inscriptio saltem Nouellae particulam, minus vero
compendium totius nigri exhibet, sicut indicat, alia plura in
Nouella contineri. Quare si non tantum allata dicti capitulis
primi eiusque proemii verba, sed totam eius seriem, ac prae-
*cipue verba finalia: *hoc itaque non solum parentibus etc. ponde-**
res, in oculos incurrit, legitimam, et caetera bona, non intuitu
**liberioris dispositio-*
nis quoad liberos, sed ratione *usufructus paterni**
ab inuicem separari. Nam alias nulla suberat causa, praecep-
re, qua ratione praeter matrem ac maternos ascendentess,
omni personae liceat, vsumfructum patri adimere. Quin, etsi
daremus, quod dandum non est, voluntatem legislatoris, de
usufructu legitimae patri non adimendo, per Nou. 117. c. 1. pr.
plene non probari, suffici tamen, multo minus apparere, quod
Imperator potestatem, patri vsumfructum legitimae per dona-
tionem, vel ultimam voluntatem auferendi, concederit. Qua-
propter,

1137

B

X

propter, quum patri vſusfructus ex legis dispositione compe-tat, l. i. C. d. bon. matern. certe hoc ius lego quaesitum ipsi eripi nequit, niſi lex id permittat expressa. DN. DE BERGER Ref. leg. obſt. L. XV. tit. 1. qu. 2. Sicque, onus probandi hanc permissio-nem diſſentientibus incumbere, intelligis.

Hanc vero probationem argumenta, quae ſupra addu-miſus, minime efficiunt. Quantumuis doctrina PAGEN-STECHE RI d. l. §. 10. diſpiceat, atque authenticæ, excipi-tur. C. d. bon. quae liber. ſententia videatur adſcribenda eſſe, a matre et ascendentibus maternis etiam legitima vſumfructum patri adimi, et liberis relinqui poſſe: attamen ICri melioris notae reſte cenſent, authenticam iſtam pariter, ac reliquas ab Irnerio, alioue, priuata autoritate Codici insertas, non aliter valere, quam quatenus cum Nouellis, quippe fontibus, vnde manarunt, conueniunt. ALBERIC. GENTILIS d. libr. iur. ciu. cap. 6. MAVRITIUS d. libr. iur. comm. tb. 15. HILLI-GER ad Donellum L. I. c. 11. lit. e. MENCKEN Syſtem. iur. ciu. ſec. Pandect. proēm. §. 8. Quare, quum Nouella 117. c. 1. pr. legitimam a reliquis testatoris bonis ſeparet, ac ſolummodo de hiſ, quae legitimam ſuperant, diſponat, vſufructu pa-trem priuari poſſe, authenticæ excipi-tur, vbi diſtinctionem iſtam neglit, diſtae Nouellæ, ex qua deſumta eſt, nec de-rogarē, nec eam explicare valet. Neque generalitatem au-thenticæ tuetur, nec pleniorē facit probationem glosſa ad Nou. 117. c. 1. pr. Nam poſt ſtudia elegantioris iuriſprudentiae, ab ALCIATIS, GOVEANIS, DVARENIS, HOTTOMANIS aliis-que, magis exculta, nullus porro dubitat, glosſae autorita-tem, etiamsi laude prōmerita non ſit priuanda, non maiorem eſſe, alterius cuiusvis viri eruditii doctrina. REINKING d. R. S. et E. L. II. cl. 2. c. 11. n. 17. GAIL. L. I. Obſ. 153. no. 8. SCHOEPPFER Syn. iur. priuat. L. I. Tit. 3. n. 53. Equidem ratio, quam glosſa-ſtor petit ex l. 25. C. d. inoffic. teſtam. per conditionem, quae vſumfructum legitimae liberis relinquentiae patri adimit, fau-rem

rein promoueri liberorum, siveque grauamen legitimae non inferri, insuper habenda non esset, si concludens esset, ac vicem expressae legis dispositionis gereret. Sed, et si concedamus, in l. 36. §. 1. C. d. *inoffic. testam.* solummodo de reprobata legitimae conditione, haeredi grauamen inferente, agi, non tamen sequitur, ex aduerso conditionem, quae liberorum promouet fauorem, adprobari, quantumuis iuri alteri quaesito praeiudicer. Sufficit, legitimam liberis haud ingratis necessario esse relinquendam. Quumque patri *vſusfructus* competit vi legis l. C. d. *bon. matern.* legi publicae vero testator non derogare, neque cauere queat, ne in vltima voluntate sua vim exserat l. 55. d. *legat.* l. potius sequitur, conditionem, *vſusfructui* paterno contrariam, perinde ad onera, indoli ac iuri legitimae repugnantia, pertinere, atque ad ea pertinet conditio liberis noxia, quia legitima liberis, exhaeredationem non merentibus, tantopere debetur, vt liberam testatoris de ea dispositionem respuat. Inde oppido controuersiae petis principum, si instes vrgeasque, quod prouisio legis patri saltem tribuat *vſumfructum*, tacente nec prohibente testatore, secus, si testator potestate de bonis suis disponeudi *vſus*, ipſemnet prohibeat. Conceditur patri *vſusfructus* absque hac restrictione in d. l. l. C. d. *bon. matern.* neque alia lege expressa illius prohibitio, respectu legitimae liberis relinquendae, conceditur testatori. Adeoque ratio glossatore adducta neutiquam concludit, nec probat potestatem, de legitima in praeiudicium *vſusfructus* paterni disponendi, testatori datam. Maiorem prae se ferre videtur veritatis speciem philosophia, quae praeter alios in primis placet TITIO *iur. priu.* d. L. VI. c. 12. §. 15. et 17. vbi rationes sequentem subducit in modum. Emancipationem efficere, vt in bonis aduentitiis, quae liberi deinceps adquirunt, patris *vſusfructus* penitus cesser, eaque ad liberos pleno iure pertineant. Igitur, quum mater liberos sub conditione, si pater eos emancipauerit, haeredes instituere possit d. l. 25. C. d. *inoffic. testam.*

B 2

appa-

apparere, quod patri vſusfructus legitimae adimatur indirec-
te, ita, vt iusta deficiat cauſa, cur idem directa matris dis-
positione fieri nequeat. Patri quidem competere vſumfructum
ipſo iure in bonis a liberis *aquisitīs*, sed non aequē in bonis
acquirendīs, quibus accensenda fit legitima, a matre vel paren-
tibus maternis relinquenda. Atque hanc philosophandi ra-
tionem tollere non videtur responsio FACHINEI d. L. V. controu.
21. Etsi enim dicta l. 25. C. d. *inoffic. testam.* de generali haeredis in-
stitutione agat, neque expressam legitimae faciat mentionem:
attamen legitimam non secus respicit, atque reliquā bonorum
substantiam, quia querelae inofficioſi testamenti, vtpote actionis
ob legitimam mouendae, meminit. Deinde frustra aſſerit
FACHINEVS per legem 1. C. d. *bon. matern.* tanquam nouiorem,
abrogari antiquiorem legem 25. C. d. *inoff. test.* Nam quo ipſo
vtraque lex Codici inserta est, eo ipſo vtraque eandem obli-
gandi vim accepit, neque sequitur, haeredis institutioni con-
ditionem, *si pater liberos emancipauerit*, amplius addi non posse,
quia tempore latae legis 25. C. d. *inoff. test.* haereditas matris filio
delata, patri tam quoad proprietatem, quam quoad vſum-
fructum adquisita est, posteua vero lex 1. C. d. *bon. matern.*
proprietatem bonorum maternorum addixit liberis, faltem vſu-
fructū eorum patri reseruato. GRIBNER d. *vſusr. legitim. patr.*
non adim. tb. X. Sed nec dictam philosophandi rationem, quan-
tum satis est, elidit dispositio legis 3. C. d. *bonis maternis*, vt qui-
dem credit GRIBNER d. l. Etiam si de filiis viua matre
emancipatis, et portione virili vſusfructus, patri competentē
in haereditate, a matre ad filios delata, in d. l. agatur: non ta-
men, quae de vſusfructū, vi successionis ab intestato patri quaesi-
to, agit dispositio, de vſusfructū paterno partis legitimae liberis
necessario relinquendae, recte accipitur, neque cum GRIBNE-
RO regerere iuuat, ius in eitata l. 3. fundatum per Nouellam 117.
autem, ac integrum legitimae vſumfructum patri plenissime
reseruatū esse, quia sic principium, a dissentientibus nega-
tum

XIII

tum petitur. Quicquid id est, indirectam vsusfructus paterni ademptionem in bonorum parte, quae liberis lege debetur, neutquam probat citata l. 25. C. d. inoffic. testam. ac sine iusta caussa dissentient SICHARD ad l. 25. C. d. inoffic. testam. LINCK d. exhaeredat. bon. ment. fact. th. XVIII. FROMANN. de exhaered. liber. bon. ment. fact. th. VI. n. 23. Nam quium anteā pārens, emancipando liberos suos, licentiam haberet, ex rebus, quae ipsius acquisitionem effugiebant, scilicet bonis libero-rum aduentitiis, tertiam partem, *quasi pro pretio emancipationis*, sibi retinere, IVSTINIANVS constitutione sua effecit, vt loco tertiae partis dominii, quam antehac retinere poterat pater, dimidiā non dominii rerum, sed vsusfructus retineret. d. l. 6. §. 3. C. d. bon. quae liber. §. 2. I. per quas person. nob. acquirit. ibi-que VNNIVS. Quod igitur in locum quartae partis, cuius fit mentio §. 6. I. d. inoffic. testam. iure nouissimo, secundum diuer-sum liberorum numerum, modo triens, modo semis nomine legitimae succedit, semisem vero legitima nunquam excedit, Nou. XVIII. c. 1. certe pater liberos suos, ob conditionem a matre haeredis institutioni adiectam, emancipans, vsumfructum in dimidia haereditatis maternaē parte retinet, adeoque de ad-emo legitimae vsusfructu conqueri nequit. Nam frustra hoc emancipationis praemium, sicuti vocatur in l. 3. C. d. bon. ma-tern. quod vices remunerationis gerit d. l. 6. §. 3. C. d. bon. quae liber. ad bona aduentitia, ante emancipationem a liberis pure acquisita, restringitur. Etiamsi concedamus, in specie legis 25. C. d. inoffic. testam. bona a matre relicta a liberis non prius acquiri, quam conditione emancipationis existente, neque vr-gere velimus, quod certa ratione vrgeri potest, liberis in pa-rentum adhuc viuentium bonis aliquod condoninium compe-tere, vid. l. 1. §. 12. d. success. Edict. ibi: *pene ad propria bona.* STRAVSS d. iur. liber. in parent. adhuc viuent. bon. C. II. §. 1. seqq. ita, vt conditio, *si pater liberos emancipauerit*, non tam domini-um iis competens, quam illius vim et effectum suspendat:

B 3

verum-

XIV

verum tamet sufficit, maternam haereditatem ipso emancipationis momento, eaque mediante ita quidem liberis quaeri, ut mox post mortem matris, ante factam emancipationem acquisita censeatur. *arg. l. 9. §. I. l. II. §. I.* qui potior in pign. Qua ratione patet, eam minus recte bonis, post emancipationem liberis obuenientibus, accenseri. Et quantumuis dubitaueris, illam cum bonis ante emancipationem acquisitis ex ase conuenire, non tamen dubitare licet, quod proxime ad ea accedat, eodemque cum illis iure eo magis ut debeat, quo magis emancipatio viam ad perfectam acquisitionem parat, quae idecirco praemium et remunerationem magis adhuc meretur, quam ob alia bona ante acquisita mereri potuit, quin horum proprietas sine emancipatione liberis obuenerit. Igitur vides, distinctionem inter bona *acquisita*, et *acquirenda*, in proposita specie nullam praestare utilitatem, sed veram esse, quam probauimus, conclusionem, quod patri ipso iure competit *vsusfructus* in parte dimidia haereditatis, liberis sub conditione emancipationis relietae, non secus, ac in aliis bonis aduentitiis, a liberis ante emancipationem acquisitis, multo minus indiretam *vsusfructus* paterni in legitima adentionem probari per *l. 25. C. d. inoffic. testam.* Immo fac, hanc ipsam in *d. l. 25.* fundatam esse, an propterea directa *vsusfructus* paterni prohibito generaliter adprobata censemitur? Minime gentium. Plane singularis in *d. l.* occurrit species, qua mater de matiti moribus secus suspicata, in testamento suo liberis, ne bona iis relicta patris prodigalitati committantur, prouidere studet. Ad quem finem obtainendum, sub conditione, *si pater liberos emancipauerit*, eos instituit haeredes, iisque, deficiente conditione, alium substituit haereditem, fortassis quoque huius fidei committit, vt haereditatem liberis, quam primum a patria potestate liberati fuerint, restituat. Iam si pater emancipationem detrectet, non quidem legitimae *vsumfructum* habet, quia legitima non debetur, neque testamentum querela inofficiosa im-

1811197

impugnari potest, dum exhaeredatio et exclusio a legitima non mala mente a matre facta est, quam liberi magis facto patris, qui praescriptam conditionem adimplere recusat, quam matris, quae conditionem adiecit, non ut ob sit, sed ut consulat; *vid. l. 18. d. liber. et posthum. l. 3. §. 3. d. usur.* attribuire necesse habent. Nam quemadmodum pater, qui filium prodigum et ex eo nepotes habet, hos instituere haeredes, filium vero exhaeredare potest, eique, quod alimentorum nomine sufficeret, a nepotibus certum legare, aut, si non habuit in potestate nepotes, sub conditione eos haeredes instituere, ut emanciparentur a filio prodigo, *l. 16. §. 2. d. Curat. furios.* ita liberi de exhaeredatione, si pater prodigus conditioni emancipationis obtemperare nolit, iustum conquerendi caussam non habent. *Quatenus ergo, nobis iniuris, arguere malis,* quod pater eadem ratione vsumfructum legitimam perdat, si secundum matris praescriptum liberos emancipet, qua ratione ab eo, si abstineat ab emancipatione, excluditur: non tamen sequitur, quod in aliis quoque speciebus, et si exhaeredationem non mala mente factam hanc comprehendant, indirecta vsumfructus paterni ademptionem habeat. Multo minus ab ea, quam in specie singulari *d. l. 25. C. d. ineff. t. 1.* fundatam dicis, ad directam vsumfructus ademptionem in speciebus aliis valet consequentia. *LVDOVICI d. tacit. prohibit. vsumfruct. patern. §. XIX.* Potius stat sententia, quod permissa vsumfructus in legitima liberorum prohibito probari nequeat, ac eo fieri talo nitatur probatio contraria, quam ex *Nouella. 117. c. 1. pr. desumimus.*

Idem de administratione legitimae ferendum est iudicium, quoniam patri administratio perinde, ac vsumfructus, vi patriae potestatis ipso iure competit, adeoque ipsi iniuncto regulariter adimi nequit. Evidem Imperator in *dict. Nou. 117. c. 1. §. 1.* liberis sub potestate positis, si quidem perfectae sint aetatis, licentiam dat, res iure pleni dominii ipsis relietas, sive donatas,

XVI

tas, quo volunt modo, disponere, si vero aetate minores sint,
 testatori, aut donatori, etiam matri et auiae, concedit arbitrium
 prospiciendi, per quem donata aut relicta sint gubernanda,
 quamvis maritis iunctae sint memoratae mulieres. Quemad-
 modum vero in *proœmio praecedente* permissa *vſusfructus paterni*
 ademtio, ad bona, quae partem legitimam non efficiunt,
 restringitur: ita, quae in §pho 1. sequitur tractatio de libertate
 administrationem bonorum donatorum, vel relictorum pro
 lubitu disponendi, certe partem, quae lege debetur, non con-
 cernit. Interim, si mater de mariti moribus secus suspicata,
 administrationem bonorum patri penitus ademerit, ac alteri
 aliqui commiserit, fieri potest, ut arbitrio iudicis, ob ratio-
 nes sat graues, etiam legitimae administratio patri auferatur.
 Nam reipublicae expedit, ne sua re quis male vtendi faculta-
 tem habeat. §. 2. I. d. *iis, qui sūt vel alien. iur. sunt.* Neque
 ademta administratione, mox ius vtendi fruendi perit. *I. fin. C.*
d. curat. furios. iunct. I. fin. §. 1. C. d. bon. quae liber. Quandoqui-
 dem in aprico est, vſumfructum, et administrationem, res di-
 versas ac separatas esse. a LEYSER Spec. XCII. Med. 1. Ex ad-
 verso vſusfructu denegato, non sequitur, etiam administra-
 tionem patri ademtam esse. Quam is regulariter vi patriæ po-
 testatis retinet, HARTM. PISTOR. L. IV. qu. 11. n. 13. CARPOV
 P. II. C. 10. d. 11. DN. DE WERNHER P. IV. Obs. 83. frustra dif-
 ferentibus STEPHAN. ad Nou. 117. n. 4. LVDOVIC. d. tacit. prohi-
 bit. vſusfruct. patern. §. XXIV. Nam in d. Nou. 117. c. 1. §. 1.
 quidem, quando testator, vel donator administratorem non
 constituit, iudex competens iubetur curatorem fide dignum
 ordinare. Sed enim vero saltē de casu, quo testator, vel
 donator patrem administratione expresse prohibuit, nullumque
 ordinavit dispensatorem, id asseritur, sicut tota series d. §. 1. ab-
 vnde docet. E contrario si solummodo vſusfructus ademtus,
 de administratione vero nihil dictum est, quod tum quoque pa-
 ter, et si administrare velit, prohibendus, eiusque loco curator
 con-

constituendus sit, de eo dicta Nouella nihil habet. Quare sufficit, quod tali casu cesset legis dispositio, patrem a bonorum administratione remouens. STRYK V/. Mod. Pand. L. VII. tit. 1. §. II.

In computanda legitima spectanda est quantitas patrimonii, quae tempore mortis, l. 6. C. d. *inoff. test.* aere alieno deducto, superest. l. 8. §. 9. ff. *Eod.* Iam, si de patre ab usufructu et administratione legitimae non excludendo agitur, in primis ista computandi ratio locum sibi vindicat. Neque vero cum TITIO ad Lauterb. Obs. CLXXV. existimes, quaestionem, an legitima sit pars bonorum, vel haereditatis? otiosam esse, ita, ut res eodem recidat, sive legitimam, deducto aere alieno, aestimes, sive trientem, vel semissim haereditatis, ac connexi oneris, ad exsolutionem aeris alieni partem ratam conferendi, legitimam diccas. Nam si pater solummodo usufructu et administratione legitimae gaudet, in censem quidem venit pars bonorum, pro quibus habentur, quae deducto aere alieno super sunt, l. 39. §. 1. d. V. S. neutquam vero pars haereditatis, quae commoda et incommoda comprehendit, l. 62. d. R. I. quia pater non est haeres, neque creditoribus haereditariis respondere cogitur, quapropter non, nisi debitis haereditariis solutis, parte bonorum, quae lege debetur, utrum ei amque administrare valet. Verbi causa testator relinquit haereditatem 12000 imperialium, sed 4000 debet. Tum pater non, nisi hoc debito saltem quoad calculum deducto, tertiam, vel dimidiam partem residuorum 8000 secundum liberorum numerum, tanquam legitimam, iure usufructus et administrationis petit.

Pro qua parte is ad tributa, collectas ac similia impen dia ferenda concurrit, quia onera sunt fructuum, l. 13. d. *impens. in res dotal. fact.* quae, sive modo ordinario, sive extra ordinem exigantur, ad ipsum, tanquam usufructuarium, quoad partem istam pertinent. l. 7. §. 2. l. 27. §. 3. l. 52. d. *usufr. l. 28. d. usu et usufr. et reddit. et habit. et oper. per leg. vel fideic. dat.* Nec minus ipse inodica refectionem, si qua opus est, susci

C

pere

XVIII

pere tenetur, d. l. 7. §. 2. d. *Vſuſr.* DN. DE BERGER *Oecon. Iur.* L. II. tit. 3. §. 19. not. 7. et magnam, vel quoque modicam, a liberis pro parte rara praefstandam, si fecerit, sumitus ab iis repetit. arg. l. 7. C. d. *Vſuſr.* MENCKEN ad Pand. L. VII. tit. 1. §. 10. Simili ratione onera, vltra fructus perceptos soluta, grauant liberos perinde, ac quemuis alium proprietarium. LAVTERBACH d. *vſuſruct.* patern. §. XXXII. Verumtamen dubitatur, vtrum tantum fructus eius anni, quo onera sunt soluenda, an omnium, per quos vſuſructus durauit, annorum redditus, in rationes referendi sint, ad eruendum onerum excessum? Posteriorem sententiam tuetur a LEYSER Spec. CVI. Medit. 3. sequutus IO. BAPT. COSTA remed. subsid. 92. n. 1. arbitratusque, tunc saltem subleuandum esse vſuſructuarium, quando multitudine onerum totus vſuſructus inutilis redditus, secus, si impendia vnius saltem anni fructus transcendent. Enimtiero prior sententia, quam amplexus est ZIEGLER d. iur. maiest. L. II. c. 3. §. 37. merito praefertur. Nam tributa singulis, vel certis annis soluenda, regulariter magis fructuum cuiustis, quo debentur, anni, quam praeteriti, vel futuri temporis onus referunt, quantumuis res onerata ita sit affecta, vt quilibet possessio etiam ob onera praeteriti temporis, quo non possedit, conueniri possit, antecessore ad indemnitatem ipsi praefstandam obligato. Igitur, quando tributa immodica, vt tempore belli contingit, fructus anni, quo soluenda sunt, excedunt, tunc onus non solum vſuſructus, sed et proprietatis eo ipso adparat, quo ipso illa, tam intuitu proprietatis, quam respectu vſuſructus, indicuntur. Sic claudicat LEYSERI argumentatio: quia tributorum solutio est fructuum onus, ergo proprietario, qui nihil percepit, quamdui aliquod ex praeteritis saltem annis emolumen penes vſuſructuarium refidet, imponi nequit. Non quidem, durante nuda proprietate, aliquid de tributis proprietario recte imponitur, verumtamen excessus, sine ipsius culpa contingens, tam proprietatem, quam vſumfructum, ita quidem absor-

absorbet, ut, sicut vsufructuarius decrementum vsusfructus, quamdiu hoc iure vititur, aequo ferre debet animo, ita, vsufructu finito, proprietarius decrementum plenae proprietatis, quoad culpae vsufructuarii non adscribitur, in restitutione excessus consistens, destigere nequeat. Sufficitque talis modi damnum nullibi referri ad onera vsufructuarii. Cui porro argumentum a conductore desumptum frustra obiicitur. Conductor, licet vbertatem praeteritorum, vel sequentium annorum, cum sterilitate vnius alteriusque anni compensare debeat, *l. 8. C. d. locat. cond. nihilominus fructus, pro quibus mercede soluit, consequitur.* Econtrario vsufructuarius, si excessum tributorum cum fructibus aliorum annorum compensare cogatur, lucrum, quod secundum intentionem constituentis habere debet, attingit. Sic neutiquam eadem, sed dispar conductoris, et vsufructuarii est ratio, multo minus vera est LEYSE-
RI opinio, quod maior ratio obstet vsufructuario. Potius tue-
tur vsufructuarium ratio, in *l. 30. §. 1. d. legat. 3.* fundata, quae
facultatem, vsumfructum inutilem reddendi, reprobat. Ita
enim merito concludimus, quod per consequentiam necessitas,
excessum tributorum alicuius anni cum abundantibus aliorum
annorum fructibus compensandi, improbetur, quo via, ad to-
tum vsumfructum inutilem reddendum, paecludatur.

Etsi ergo excessus onerum et tributorum bona, quae libe-
ris obuenerunt, imminuat: non tamen idem de alimentis, et
impensis ad educationem liberorum requisitis, ferendum est
iudicium. In *l. 8. §. 5. C. d. bon.* quae liberi ait Imperator:
*Ipsum autem filium, vel filiam, filios, vel filias, et deinceps, alere pa-
tri necesse est, non propter haereditates, sed propter ipsam natu-
ram et leges, quae, a parentibus alendos esse liberos, imperauerunt.*
Etsi ergo alimenta tam fructibus legitimae, quam caeteris ad
liberos pertinentibus reditibus, sint maiora: tamen patri eam
ob causam non licet res liberorum vendere, vel pignori sup-
ponere, vti ex aduerso haec licentia patri datur, si aes alienum
vrgeat,

XX

vrgeat, ex persona defuncti, a quo bona prouenerunt, descendens, (quocum recte comparatur excessus tributorum,) vel, si legata aut fideicommissa adsint, sive annalia, sive semel reliqua, quae ex redditibus praestari nequeunt. d. l. 8. l. 4. 5. Vnde solida exoritur consecutio, excessum alimentorum oneribus patris haud inopis accenseri. Alii vero sine ratione afferunt, quod talismodi excessu proprietati bonorum derogetur. Quemadmodum frustra alii distinguunt, an patri vsus fructus competit; an minus: ita, vt hoc casu alimenta, fructus excedentia, bona liberorum minuant; secus illo. Sed et vapulant, qui patri bona administranti permittunt, vt, quas ad liberos alendos fecit impensas, in rationes referat, et a bonorum substantia deducat: saltemque hanc facultatem patri, administratione destituto, denegant. Neque maiorem merentur applaudum, qui propugnant, quod pater alimenta, quibus fructus bonorum filii non sufficiunt, sine protestatione suppeditans, donasse censeatur, nec repetere queat; negant vero, quod pater, protestatione sibi prospiciens, a repetitione sit arcendus. Quibus omnibus satisfecisse videmur in *Diss. d. patr. ad liber. qui bon. habent alend. obligat. §. XIII. seqq.*

Nunc instat dies 12. Jun. memoriae illustrium BORNIO-
RVM celebranda dicatus. Cuius rei caufsa vir nobilissimus,
QVIRINVS GOTTLIEB SCHACHER, Lipsiensis,
in auditorio nostro isto die hora IX. orationem solennem, *de Poetarum apud veteres ICTOS autoritate*, habebit. Quam solennitatem, *vt RECTOR ACADEMIAE MAGNIFICVS, COMITES ILLVSTRISSIMI, utriusque reipublicae Proceres grauissimi*, nec non generosissimi ac nobilissimi Academiae ci-
ves, frequenti exornent praesentia, qua par est, obseruatia ac humilitate rogamus. Lipsiae Febr. Trinit. ann. CCCLXII.

L I P S I A E

EX OFFICINA LANGENHEMIA

ULB Halle
006 385 451

3






Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt

urn:nbn:de:gbv:3:1-663378-p0034-5

DFG



Pr. 47. num. 29.
1762. 1.

MEMORIAM BORNIANAM

IN

AVDITORIO ICTORVM SOLENNI ORATIONE

DIE XII. IVN. CICCIOL LXII
HORA IX.
RECOLENDAM
INDICVNT

ORDINARIVS SENIOR ET RELIQVI FACVLTATIS IVRIDICAE LIPSIENSIS ASSESSORES

*De usufructu et administratione legitimae, a matre et
ascendentibus maternis liberis relinquendae,
patri non admendis.*

